4 vbis dñi. c. vij. sic dicit † pax est serenitas mētis trāquillitas animi sinceritas cordis vinculū amoris cōsortū charitatis hoc est q simulatas res tollit bella 2pescit iras cōpromittit supbos calcat humiles eleuat discordes sedat inimicos 2cordat cūctis est placida nescit inflari nescit extolli. hanc qui accipit teneat qui pdidit repetat qui amisit exquirat quomā qui in ea nō erit inuenius a patre erradicabitur a filio extirpabitur a spiritusancto alien⁹ efficiet z subdit nec ad hereditatē dei poterit pertinere qui testamentuꝝ pacis noluerit obseruare. Et ideꝝ de pace loquens in libro de ciuitate dei sic ait. Pax enim tñ bonum est vt in rebus humanis nihil gloriosius nil delectabilius nil vtili⁹ soleat audiri 2cupisci seu possideri. Pax em est status tranquillus z quietus fm Jsidoꝝ vt notatur per Lardi. d. c. super cathedram z vt ibidē in rep. habetur. Non nisi in tēpore pacis bene colligitur pacis autor z turbatoꝛ pacis capite punit. ff. de re militari. l. vltu. §. miles qs dic vt ibi dixi. Multa etiā cōcedūtur a iure p bono pacis que alias nō cōcederent extra de pbendis. c. nisi essent z de desō. impuberū. c. ij. Ecclesiarum destructe per bella reformant per pacē. vt. d. c. ad apostolice. De inka z dere iudica. lib. vi. z ideo dicit sedebat populꝰ meus in pulchritudine pacis z tabernaculis fiducie z tēporalibuꝝ requie opulenta. extra de lectione. c. fundamēta. §. pinde. libro vj. pax em est vnitatis vinculū extra de iudi. nouit z iō rex pacificus pia miseratione disposuit sibi subditos fore pacificos in proemio

5 decretalū in pncipio. † Et oē iuramētum qs fit p pace seruanda est tuti⁹ z honestum. xxij. q. j. c. omne. ab⁹ in fedele z ex de spō. c. penul. z. c. commissum. Jn pace dr osculū interuenire vt no. in gl. de domesticis z pfectoribus. i. j. lib. xij. z per speculatorē de treuga z pace vbi pulchra z plena forma instrumēti pacis notatur pēne et pulc. qstiones ad pacis materiā pertinētes z per Gofr. z Hosti. in summa eiusdē ti. de pace satis tractat. et de ista materia pacis habet in vsibus feudoꝝ de pace tenēda z de pace infra. fir. p totū z p Jac. ardizonis in summa eiusdē ti. uil tāgit etiā in lombarda de pace tenēda. z de hac materia pacis habet. xxiij. q. j. c. noli. Jbi etiā no. p Archi. lex cause ppter quas nō habet pax z p Jo. an. dicto. c. ad apostolice de re iudi. in gl. ipse in monte z quasi p totuꝝ z late p Archi. xxiij. q. iij. c. illi q peregrinos. z quare pax det in ecclesia habet pcum de cōsecra. di. ij. c. pacem. De hac pace dantur pulchri versi. Pax pacis nomē z amoris suggerit omen. hec vox pax blāda docet oēs qs sit amāda. pax est summa salus quā q cōtinet habere. illum nō poterit cui pax est summa videre. ☞ Opp. ad id qs dicit litera similiqz modo circa finem. nam videtur supponere quod hereditas non adita transmittitur contra. §. in nouissimo. j. eodē. lo. vt in glo. que incipit. Duabus modis in fi. glos.

6 Jtē dicit in eadem glo. † q hereditas z legatū differūt quia hereditas ex tpe vel ad tps dari non potest sed legatum sic differūt etiam quia legatū querit inuito z ignoranti vt. ff. de leg. ij. cum pater. §. surdo hereditas not. §. de iure delib. l. si infanti. z de istis diuersitatibꝰ dicit Pe. non posse bene reddi rōnem quia nō ofim ꝛc. licet quidā dicant qs rō quare legatum queritur ignoranti est quia affert cōmoduꝝ hereditas aūt dānū: dānum etiā afferre pōt vt. ff. mandati. l. hereditatis. Sed hec ratio parū vꝫ quia legatum potest repudiari sicut z hereditas vt. ff. si certū pet. l. proinde qua re ergo acquisitione cōmutabili. i. ita quod repudiari possit non acquiritur hereditas sicut legatum nō est ratio quare autem hereditas ad

reditas ad tps dari nō possit legatū sic: pōt esse rō qr qs nō potest decedere p parte testat⁹ ꝛc. vt. l. ius nostrū de reg. iur. bellus est triplex. s. ciuile ꝙ est inter ciues vt hic: plusqꝫ ciuile qñ inter cōsanguineos sicut fuit inter cesarē z pomp. qui erāt socer z gener de hoc tangit isidorus ethimologiarū. lxviij. c. primo z lucan⁹. in princ. bella p emathios plusqꝫ ciuilia campos. Jtē hostile ꝙ indicit princeps hostib⁹ vt. ff. de capti. l. hostes. z istud est iustus fm Jsidoꝝ dicto. c. primo. de isto iusto bello satis dixi. §. de summa trini. l. j. ver. ex predictis satis ps z plene etiā notat p Host. in summa dicto titulo. de treuga z pace. §. sed vt aliquā doctrinam per totū. §. z de significato z ethimologia huius verbi belum dixi in alphabeto sub litera. B.

7 **Cum igitur.** ☞ Dic fm Ly. plenius quā gl. † qr cessio legatoꝝ alia est quo ad transmissionē alia quo ad obligationē. Alia quo ad dñi trāslationē alia quo ad petitionē. Circa quā vide a30. in summa qñ dies legati cedat. de pria dic aut est pure relictū z hꝫ locū ꝙ hic dr ff. similiqz modo. fallit in casib⁹. j. eo. §. in nouissimo. ver. libertatibus. Si sub cōditione aut est cōditio que tacite inest z habetur p pura habita cōditione tali. p nō adiecta. vt. ff. de leg. i. l. ij. fallit. ff. de cōdi. z demō. l. si in diem. §. seruo ibi. sepenumero ꝛc. aut cōditio nō ineſt tacite. z tunc aut est necessaria aut casualis. Si necessaria aut certū est eam extare in vita legatarū. z tunc cedit a tpe mortis defuncti acsi esset pura vt. ff. de noua. l. si pupill⁹. §. sub cōditione z qñ dies leg. cedat. l. si cū heres. in prin. Aut non est certū ꝙ in vita legatarij existat. z tunc idem ꝙ in casuali statim dicet vt. d. si cum heres. si est conditio casualis tunc non ce dit nisi in cōditionis euentū vt. j. eo. §. finaūt. Si vero relictum est in diem aut in die certā z statim cedat vt hoc versic. similiqz mō aut incertā. z tunc aut incertam omni incertitudine. z tunc idem qs in conditionali qr dies incertus p cōditione habeꝫ vt ff. de qdi. z demō. l. dies incertus. z de le. j. l. talis scriptura. Aut non est incerta omni incertitudine. z tūc est certū eam extare in vita legatarij z cedit a tpe mortis testatoris aut nō. z tūc cedit demū adueniente die vt. l. si cū heres. z. l. si post die qñ dies leg. ced. z de cōdi. z demō. l. heres meus. Secūdo casu cū querit de cessione quo ad obligationē inducendā. dicūt glo. aut relinquit sub cōditiōe aut in die aut pure. si sub conditione aut est talis que habetur p pura. z tunc idē ꝙ in pura aut conditio se hꝫ ad esse z nō esse. z tūc nō cedit nisi existat qditio vt. j. e. §. finaūt. z de ver. sig. l. cedere die. Si relinquitur in diem fi dies habetur p cōditione idē ꝙ in cōditionali. si habetur ppzie vt dies. tunc glo. vt hic dicere ꝙ nō cedat pendēte die. sed fingaꝫ postea retro cessisse cū dies venerit sed male dicit qr sicut obligatio inter viuos cōtracta in die p pura habetur ita z in vltima volūtate nisi in legata vsufr. vt. ff. qñ vsufr. leg. cedat. l. j. Sed si gl. intelligeret de

8 dixisset. † nā obligatio legati in diem ab adita hereditate ẓhꝫ etiā si adeatur ante diem legati cedentem. sed credo ꝙ gl. intelexerit de die adiecta legato. z ideo male dixit si relictū est pure tūc dicit gl. ꝙ cedit dies obligatiōis a die adite hereditatis qr obligatio legati ex quasi ꝛctu est z heres adūmēdo quasi cōtrahit vt. ff. ex quib⁹ causis in posse. patur. l. apud iul. §. fi. fingitur tamē retro cōtracta z nata tpe mortis testatoris. de stip. seruoꝝ. l. si ex re. §. fi. de reg. iur. l. que legata pōt ergo distingui inter fictam acquisitionē obligationis z verā z cōmutabilem z incō mutabilē. ficta queritur a tēpore mortis testatoris vt dictis. ll. vera ab adita hereditate tamē cōmutabiliter qr repudiari pōt vt. d. l. pinde. ff. si cer. peta. vera z incōmutabilis querit tpe agnitionis legati. vt. ff. de cōdi. z demō. l. si quis ita. Tertio casu qñ queritur de cessione quantū ad acquisitionem dñij tunc aut est legata res aliena z nō queritur nisi tpe traditionis. vt. §. de pac. l. traditiōib⁹ z dixi. §. cōmunia de legatis. i. j. aut est res testatoris z tunc aut pure aut in die aut sub conditione. Si pure aut querit de ficta acquisitiōe z tūc a tpe mortis testatoris. vt. ff. de fur. l. a titio. cū si. Sed certe hoc no dicūt. ll. ille. imo dicūt ꝙ medio tpe legata finguntur nō fuisse heredis nec per hoc sequit qđ fuerint legatarij sed pbatur, fic, dñium queritur ab adita heredi tate. Sed heres qñcunqꝫ aduet fingit ex tempore mortis testatoris adisse arg. dicte. l. que legata. z. l. ex re. §. fi. ergo ꝛc. aut qrimus de vera incōmutabili. z tunc a tēpore agnitionis vt. d. l. si quis ita. Quidā doctores dicūt ꝙ legatarius non fingitur dominus rei legate qr lex dicit ꝙ si in seruū legatū iacente hereditate detur damnū z postea adeat hereditas ꝙ actio legis aqui. que daꝫ dño vt. ff. ad. l. aquil. ité mela. §. legis non datur legata

9 rio: ſz heredi z eā cedere dr legatario ex quo apparet † qd legatarius nō fingitur dñs tempore mortis. vt. ff. ad. l. aquil. l. huic scripture. z de dolo. l. eleganter. §. si seruus. tamen hoc nō obstā te predicta opinio vera est. nō ob. predictū arg. in ẓtium qr cum seruus legat⁹ interiꝫ occidit ideo ceditur actio qr nō reperitur principale cuius dñium fingatur quesitū legatario: ergo nec accessorium fingitur quesitū esse. Sed cum solum vulneratur z vinuit tunc est reperire principale. s. seruꝰ qui retro fingitur quesitus legatario sed accessorii. s. actio. l. aquil. non fingitur retro fuisse legatarij: qr actio. l. aquilie est personalis nec pōt ab ossib⁹ heredis cui est quesita separari vt. ff. de peculio. l. qs ergo casus. i effectu tamen querit legatario. cū eñ heres cedere teneatur vt. d. l. huic scripture. predicta vera sunt qñ legatur res pure. Si ẓ̄o in diem aut dies habeꝫ p cōditione z idē ꝙ in cōditionali aut habetur p die z tunc queritur dñium in euentū diei vt. ff. de vsufr. lega. l. sempronius. Sed cur tā varie qr dies non suspendit obligationem. vt. §. dixi. Sed suspendit dñium dixi. §. cōia de leg. l. ij. §. fi qr nostra maiestas in fi. Si vero legeꝫ sub conditione aut est talis conditio que habeꝫ p pura z idē ꝙ in puro: aut que habeꝫ p cōditione z tūc querit dñium demū aduenīēte conditione vt. j.

10 eo. §. finaūt. † Ultimo cum queritur qñ cedat quantum ad petitionē, aut est purū z a tpe aditiōis peti pōt. vt. d. l. apud iul. z l. cedere die aut in die: z tūc indistincte nō est petitio ante diem ls sit obligatio vt. d. l. cedere z plene dixi. §. vt ac. ab. here. z ẓ̄ here. l. vnica. z p hoc. de ver. ob. l. in die. Si vero sub conditione tūc non est actio nec petitio vt. d. l. cedere die differūt. tñ cōditionalia legata a cōditionalibus cōtractibus inter viuos vt instituta. de ver. ob. §. cōditionali. z rō differētie ibi notaꝫ. Ly. ☞ Jngl. vitima ibi eum qui kalendis ꝙ dic vt ibi. Oldra.

11 **Et cum triplici.** † Quare dicaꝫ pro non scripto quia vbi relinquit persone que non erat in rerū natura tempore testamenti nō habet esse aliquod nec fundamentū: z ideo pro non scripto habeꝫ vt. ff. de his que p non scriptis habētur. l. penul. Si autem erat in rerum natura tempore testamenti, sed moritur ante testatorē. hoc casu a principio habuit esse z fundamentū. Sed cadere pōt vel qr testator reuocet, vel qr legatarius premoriaꝫ z ideo dicitur ẽñ caducū qr quasi stabat z sic quasi cadit. vbi autem legaꝫ ei qui erat in rerū natura tempore testamenti z tempore mortis testatoris, tunc qr vere stabat si deficiat dicitur vere caducū. Et qđ quero si papa reseruauit collationi sue beneficia suorū cōmensalium z vno ex eis mortuo, contulit bñficiū suum cuidam absenti qui anteꝫ reciperet literas mortuus est. an papa iterū possit cōferre vel collatio spectet ad ordinarium. ꝙ spectet ad papam vide tur qr collatio spectat ad papā iure proprio. vt extra de prebē. c. ij. lib. vj. ex quo ergo prima nō habuit effectum, iterus cōferret extra de electione si cōpromissarius z melⁱ⁹. c. si electio. c. ti. ij. vj. quod autē prima non habuit effectum probatur quia in acquisitione beneficij requirit cōsensus cōferentis z eius cui conferꝫ. extra de electio. c. cum inter canonicas. z de prebē. c. si tibi absenti. lib. vj. Cum ergo de consensu istius non appareat pt⁹ collationem effectum non habuisse. moriēs enim pro dissentiente habetur. ff. loca. l. iij. z extra de rescriptis. c. si gratiose. lib. vj. z dicunt doctores ꝙ anteꝫ absens cōsentiat dicitur beneficius vacare ẓ nō sit libera dispositio eius vt notaꝫ per Jo. an dicto. c. si absenti necsufficit si sciat ante mortē nisi collatio per collatoꝛē sit sibi notificata vt. d. c. si absenti. z ibi per Archi. z facit. ff. de ẓtrahē. emp. l. j. j. de dona. l. nec ambigitur. Old.

In primo itaqz ordine. Dic loquitur de pro non scriptis circa que quatuor statuit. primo qr remaneāt apud eos a quibus sunt relicta. scōo excipit duos casus. s. cū est substitutus vel conjunctus. tertio dicit trāsire sine onere. quarto dicit qs aliquādo

12 cum onere q̄ omnia cōfirmat iustinianus. ☞ † Opp. ad primū qr pro non scriptū non remaneat penes eū a quo relictum est vt l. si quis eum. de condi. z demon. lo. vt. in glo. ad idē op. ff. de le. ij. l. codicillis. in princip. z omissa solutiōe glo. dic quod qñqz legatū est pro non scripto rone suppositus: z tunc remanet penes eū a quo relictū est. quandoqz est pro non scriptum rone alterius. et tunc habent locū contraria. z opinio glo. nō est vera qr ꝙ testatoꝛ legat ancille suespotuit alij relinquere. z tamē remanet penes heredem vel si bene inspicias in. ll. contrarijs fideicōmissum inutile remanet penes oneratū vt z hic vnde cōcordāt non cōtradicunt. Old. ☞ Jtem op. de leg. j. l. si duobus. §. si titio. z posthumo glo. dicit qs ibi sperabat esse in rerum natura qs no placet Pet. per principiū eiusdem. l. vt. j. videbitis dicit ergo quod bñ remaneret penes heredē nisi haberet coniunctum vt hic dicitur.

13 Sed in. l. cotraria habebat cōiunctum z licet glo. dicat † ꝙ dictio z, non semper facit cōiunctionē vt. ff. de here. instituē. l. si ita quis heredes. q. tñ nō est verū qr semp facit saltē verbalem vt. ff. de ver. signi. l. triplici. z. d. l. si quis ita no. z hec solu. plꝰ etiā Frā. Accur. z hec cōiunctio operabitur ꝙ operaretur si vere in vtero fuisset vt. ff. de here. instituē. l. quo loco. j. j. Old. ☞ Opp. ꝙ nō ap plicetur cōiuncto vt. e. l. si duobus. in prin. sol. vt ibi not. fm Jr. quod licet ibi no venerit in rerū natura tñ sperabat, z iō interiꝫ

Universidad de Deusto
Biblioteca

nō est locus substituto vel cōiuncto ꝛ sic intelligit ibi Dy.ꝛ Pe. hic in prin. illius. Loppo. de leg. l. plane. §. si coniunctim. dicit glos. qs fallit ibi vel dic qs ibi nō erat prox^{s} mutile vt ibi notaꝫ. Jtē fallit fm gl. ff. de leg. i. l. hmōi. §. si ritio. vel dic ꝙ ibi est defectus re ipsa nō in persona legatarij vel ibi est inutile mixta ratiōe rei ꝛ psone vel dic vt ibi notaꝫ ꝛ per Dy. d. §. si cōiunctim. Jtē fallit in alijs casibus hic in gl. notatis in quibus dz institutiōes ꝑ non scriptas deuenire ad fiscum. vel potest dici ꝙ hic erat ꝑ nō scriptuz qz persona que capere debebat nō suberat ibi vero suberat sed capere nō poterat ꝛ vis qs dixi. J. e. §. is ita. in fi. ¶ Opp. ꝙ applicet coniuncto cum onere vt de le. j. l. cuntaribus. §. luci^{o} omissis alijs solutionibus dic ꝙ ibi nō erat ꝓprie ꝑ nō scriptū qz repudiauit ꝛ hec etiā solutio ponit. ff. de lega. ij. l. celsus. §. qs alicuius. ꝛ ibi approbaꝫ per Dy. hz ista sol. sit in se vera tū in
14 fert vim Jte dicti. §. vbi dicit ꝑ nō scripto. vnde dicit Pet. ꝙ ꝑ nō scriptū applicaꝫ sine onere verum est nisi qñ onus esset pariter iniunctū in persona cōiuncti sicut ibi erat. nam testator dixerat lucius titius ꝛ gaius seius tali det. ꝛ. tūc hz vnus esset in rebus humanis ꝛ sic ei^{o} portio habeꝫ. ꝑ nō scripta tū coniunct^{o} ꝑstabit integra. ꝛ. qz tūc trāsit ad euz cū onere. qs est notabile fm cū. sed Dy. hanc opi. reprobat per. l. si titio ꝛ meuio. §. iul. de lega. ij. vt not. per eū. d. l. celsus. §. j. Ultimo gl. notat tres casus in quibus ꝑ non scriptum transit cum onere ꝛ vltimum dicit non esse verū lege expressum sed adduci potest. ff. de relig. l. at si quis §. si. item. in. l. fina. de ꝓo nō scriptis dicit contingere alia rōne ꝛ ratio est in penam legatarij.

15 **Pro secundo.** †Hic tractat de quasi caducis in quibus est idē ꝙ in ꝑ nō scriptis ni si qz ista trāseūt cū onere. ¶ Oppo. qs etiam iure veteri idē esset vt. ff. de leg. ij. l. si titio. ꝛ meuio. §. iul. l. celsus. in prin. glos. nititur excusare iustinianū quasi de nouo induxerit ꝛ male. ꝛ ió dic fm Pet. ꝙ iure veteri digesto ꝛ quasi caducū non applicabaꝫ fisco vt in contrarijs. sed p. l. papiā postea inductū fuerat. vt fisco applicarent vt. ff. de peti. heredi. l. item veniunt. §. cum anteꝑ. iustinianus aūt illū. §. ꝛ. l. papiam in hoc corrigit ꝛ reducit ad ius vetus ꝛ hoc est ꝙ dicit. §. in. §. cū igitur ibi. ꝛ antiquū statum renouantes ꝛ hoc innuit gl. j. huius. §. que incipit ꝑ erat vt ad fiscum quā quidā habent signatam in precedenti. §. ꝛ male. eodem modo male dicit glo. que est. ff. si pars heredita. petaꝫ. l. si. que dicit a cōpositoribus nouj iuris ibi additum. ¶ Op. de. l. filio. §. mater. so. vt in gl. vel fm Pe. ibi excludiꝫ a dispositione testatoris. ¶ Op. ꝙ nō applicent subscituto. vt. ff. de captiuis. l. ꝙ si filius. sol. vt hic in gl. ij. glo. alibi dicat ꝙ lex illa cōcor. cum ista vt no. ff. de vul. ꝛ pupilla. substi. l. lex cornel. Sed illa glos. male dicit hz Dy. eā soluere conetur vt' not. ꝑ eum. §. de impuberū ꝛ alijs substitu. l. precibus. circa speciē pupillaris. ¶ Opp. ꝙ non transeāt ad substitutū cum onere vt. ff. de heredi. institu. l. sub conditione dicit gl. ꝙ ibi erat cōditio casualis que on^{s} est vt. ff. si quis omissa causa testameti. l. si qs sub conditione. Pe. dicit ꝙ vbi emolumentū aufert applicatur cum onere. ꝛ ita loquiꝫ lex cōtraria vel dic clarius ꝙ ibi loquiꝫ de onere apposito in forma institutiōis sicut de conditione sub qua formaꝫ institutio hic de onere apposito ꝓter formā institutiōis sicut de onere legato ꝛ fideicommisso ꝗ videtur quē nō sunt de forma ꝛ ió ista veniūt cum onere sed illa conditio nō. ꝛ ita videtur ibi intelligere Dy. ¶ Item oppo. ad idē. de lega. ij. l. celsus. §. penul. ꝛ fi, sol. vt hic fm Azo. vel melius vt in contrario notaꝫ in prima solutione fm Dy. ꝛ Pe. ꝛ idē dicit. §. ad trebel. l. nō iustam. ¶ Jtē op. de lega. ij. l. j. §. fin. So. ibi relinquit noiatim ab eo qui tpe testameti erat ꝓximo⁹ vñ non debetur ab eo ꝙ postea successit ꝛ successurus non sperabatur ꝛ sic iure suo venit ꝓter voluntatē testatoris vt ibi notaꝫ hic aut nō venit iure suo imo rōne cōiunctiōis ꝛ sperabaꝫ. vterqꝫ successurus. hz ergo non succedat ille, a quo nōminatim relictum fuit nihilominus debeꝫ ab alio succedēte cui accrescit ꝛ ita intelligitur. ff. de le. ij. l. si titio. ꝛ meuio. §. iul. fm Azo. que ibi approbaꝫ
16 per Dy. ꝛ hic per Pe. ¶ Opp. ꝙ nō sequanꝫ incōmoda quem sequunꝫ cōmoda. vt. ff. de neg. gest. l. si negotia. bocardicū est de quo. §. dixi de furtis. l. fi. §. sed cū in secūdā ꝛ notatur per Dy. et alios. extra de reg. iur. c. ꝙ sentit li. vi. vel posset dici aut circa cōmodū ꝛ incōmodum est per oja equalis ratio ꝛ eadem persone conditio vel habilitas ꝛ habet locū regula al's non vt nota. ff. de reg. iur. l. secundū naturā. Sed quantū ad. l. cōtrariam. si negotia. pōt dici speciale ꝓper culpā insolitū negotiū inchoantis sicut ꝛ al's ꝓpter culpā socij renunciantis. ff. ꝓ socio. l. sed ꝛ socius. §. j. Old. Querit gl. ꝙ est rō ꝙ ꝑ non scriptū applicaꝫ sine onere. vt. §. ꝓcim. §. ꝛ quasi caducū cū onere vt hic. dicit gl. qz ꝑ nō scriptū nunꝙ habuit esse nec principiū ꝛ per ꝛ nec onus ei appositum. Sed caducum a prin. valuit ergo ꝛ onus. Jsta rō magis videretꝛ concludere oppositum. Nam legatū ꝙ tenuit ab initio vitiatur. ergo ꝛ onus ꝙ dependet ab eo sed ꝑ non scriptū a principio ipso iure nō tenet. ergo onus nō dependet ab eo sed per se dz valere arg. eoꝝ que dixi in auf. ex cā. ꝛ. ff. de ver. obl. l. si homo. dic ꝙ quedā sunt accessoria que per se subsistere possunt sine principali ꝛ tūc valēt licet principale vitietur. Quedaz que sine principali stare nō possunt vt in casu. nostro. Naz onus hic non pōt esse sine emolumento. vt. §. de fideicom. l. ab eo. Jdeo si non tenet principale. s. emolumentū nec onus. Si autem tenuit a principio potuit postea per se stare vt. j. de luitiōe pig. l. intelli
17 gere. fz Pe. † Jtē quero si testator legauit sub modo impossibili puta vt legatarius emeret montē aureū nunquid valeat legatū glo. variāt vñ dic aut onus appositum est impossibile legatario sed nō alia aut est ipossibile cuiusqz. Primo casu aut est impossibile legatario ꝓpter delictū suū vel secte diuersitatē ꝛ tunc vitiat legatū. Aut ꝓpter naturale vitium seu defectū ꝛ tūc siue sit impositū onus per modū siue ꝑ cōditionē valet legatū vt. ff. de le. ij. l. mortuo boue. §. labeo. de le. iij. l. fideicōmissa. §. si seruo. ꝛ de condi. ꝛ demon. l. multū. Secdo casu qñ est impossibile cuiusqz tūc aut nō interest alicui⁹ modū impleri, aut interest. Si non interest nō vitiabiť vt. ff. de cōdi. ꝛ demon. l. obtinuit. ꝛ insti. de hered. iusstitu. §. impossibilis. Si vero interest alicui⁹ modū impleri vt qz relinquit vt det nō capaci tūc aut dat tāꝙ legatario aut rāꝙ ministro. Primo casu hz nō impleat modū hz legatū vt. ff. de condi. ꝛ demō. l. si eum seruū. ꝛ hoc verum vbi est impositum onus ꝑ modū. Si aūt ꝑ conditionem dz impleri quatenus de facto pōt vt. ff. de condi. ꝛ demon. l. meuius. Secūdo casu qñ datur tāꝙ ministro, aut ille modus fuit impossibilis implerī ab initio aut ex postfacto redactꝰ est ad impossibile. Prio casu nō petet, tñ si consecutus fuerit retinebit vt. ff. de lega. ij. l. codicillis. in prin. Secundo casu petet vt. ff. de leg. ij. l. pater. §. tusculan⁹. fm Pet. ꝛ hec hz nō sic clare colliguntur ex gl. que est dicta. l. codicillis. Jn gl. possunt aūt oēs ibi cōmodo pecuniario hoc dicit per. l. de leg. j. l. plane. ij. §. fi. Old. ꝛc.

1 ☞ Legatum quare ignoranti queratur trāsmittaꝫ hereditas autem non.

2 Substitutio fieri pōt in donatione causa mortis.

3 Jus accrescendi locū habet inter eos quibus sub cōditione relictum est.

4 Stipulationes conditionales conditione pendente transmittū tur ad heredes.

5 Vtrū instituta cū filijs an debeat dimidiā habere an vero in viriles sint bona diuidenda,

6 Onus cū quo transeāt quasi caduca qualiter impleri debeat.

7 Legatum penes heredem remanens qua actiōe petatur.

8 Doctor promittens legere an possit per substitutū seruire.

9 Doctor per substitutū eque idoneum quando legere possit.

10 Coniunctim quotuplices sint.

11 Jus accrescendi inter heredes etiā inuitos locum habet.

12 Portio an crescat coheredi cum onere in ꝓ non scripto.

13 Coniuncti succedunt coniunctis non autē disiuncti coniunctis.

14 Re coniuncti qui dicantur.

15 Seruus a domino institutus liber ꝛ heres efficitur.

16 Legatum si fiat cōiunctis re tantum legatarius erit quilibet in solidum.

17 Disiuncti re ꝛ verbis qui sint.

18 Coniunctire ꝛ disiuncti verbis qui sint.

19 Legati pars deficiens an transeat cum onere.

20 Legato eiusdem rei duobus re coniūctus, vtrum vnus ex legatarijs rem solidam petere possit.

21 Legata nō debent ex testō si hereditas adeatur ab intestato.

22 Utilitas publica est priuate preferenda.

In nouissimo. Tractat de vere caducis ꝛ ꝓmo ponit vnū dictū ciceronis cū ea additione hereditatis. Secdo aliud circa transmissionē hereditatis. Quarto excipit ab eo duos casus. Quinto excipit a secdo dicto quatuor casꝰ. Sexto ꝓmissa declarat ꝛ limitat vsqz ad. §. finaūr, ptes ꝑ se patēt i lra. vtrū hereditas nō adita trāsmittaꝫ plene dicā. j. tu. ꝓxi. fam exponendo ibi sine ex pte ꝙ nouo iure inductū est ex asse ꝙ oli ꝛ hodie erat ꝛ est cedere ꝑtū ad trāsmissionē. de alijs cessionib⁹ plene dixi. §. cū igit. Migrant. j. anuū libertatib⁹ ibi vel alijs suis repete alijs legatis ꝛ repete relicta sunt. ꝛ sic duos casus ponit. vnū qñ legatū erat suis manumiss. alijū qñ legatū erat aliqd suis q seruj erāt alij legati vtroqꝫ eīn casu cedit qñ dies ab adita hereditate. Jbi ꝑtū ad trāsmissionē. Sed quātū ad peti. bñ cedit dies ab adita hereditate vt. ff. qñ dies leg. ced. l. ij. ꝛ plene dixi dicto. §. cū igit. §.
1 c. Jbi hec oja. s. ꝙ trāsmittāt̃ legata a morte. † Que sit rō diuersitatis ꝙ legatū querit ignoranti ꝛ trāsmittit hereditas nō. dic vt dixi. §. e. l. vltra ꝑn. ꝑ. ité dz eadē gl. scdo qro ꝙ est rō ꝙ regula fallit in qtuor casib⁹ hic positis ꝙ legatū nō cedit a morte testoris dicit qz libertas ꝑstita nō renocaꝫ vñ si legatū libertatis cederet

tis cederet a morte ꝛ postea hereditas nō adiretur nō posset renocari. hec rō nō placet Pe. qz supponit legatū acqri legatario vera acquisitiōe ante aditā hereditatē. qs verū nō est. vt. ff. de le. j. l. huiusmodi. §. cum seruus. ꝛ dixi. §. e. l. in prin. ver. tertio casu qñ queritur. sed rō est scēm eū: qz cessio a morte est principali⁹ ꝑ ter trāsmissionē hz libertati nō adaptatur trāsmissio ergo ꝛc. ꝛ ista rō notatur in glo. ff. qñ dies leg. ce. l. nā cum libertas. ꝛ colligitur ex ter. e. ti. l. iij. hz Pe. ibi assentiꝫ ꝛ nihil alleget. hanc ēt sequitur Old. rō quare legatū seruo manumisso in testō nō cedit nisi ab adita hereditate notaꝫ m. l. heredis. in fi. e. ti. ꝛ. l. seqnti. q fit rō ꝙ regula fallit in legatis relictis seruis qui alij sunt legati sic habeť in gl. ratio quare fallit in vsufru. est qz nō transmittiť ad heredes. vt. §. de vsufru. l. corruptionē ex ꝑsone colligitur ex dicta. l. iij. qñ dies leg. ce. Querit gl. quid in alijs seruitutib⁹ realibus ꝛ dubitatiue. loquiť Ly. secure dicit idē in seruitutib⁹ realibus ꝙ in alijs legatis qz ratio que reddiť in vsufru. non habet locū in alijs seruitutibus: imo trāsmissibiles sunt ad oēm successoꝛē. vt. ff. de seruit. rusti. ꝑdio ꝛ. l. pecoris. ꝛ ad. l. fundum. de seruit. lega. quā glo. allegat. in cōtrarium dic ꝙ ibi adita erat hereditas vt ibi notaꝫ. ꝛ eo. ti. l. fi. ꝛ qñ dies leg. ce. l. ij fm Jaco. de bel. ꝛ bene in glo. vt ꝛ. §. de iure deliberādi. in fi. ꝛ in alijs que notāť. ff. de acq. here. l. vētre. Old. ¶ Jn glo. ergo non cedunt ibi. l. cuz ista. §. j. ꝛ si ante aditā hereditatem dies huius legati cederet he reditati in qua adhuc seruus est cederet qs est absurdum ergo nō cedit qz non est cui cedat. Old.

Sinaūt aliquid. Diuisionē cōditionū dic vt
2 cedat legatum conditionale dixi. §. e. §. cum igitur. † item no. in dona. cā mortis posse substitui. sed vtrū requiraꝫ stipulatio dic vt plene no. j. de dona. cā mortis. l. j. ꝛ. ff. e. ti. l. j. ꝛ per Dy. d. l. ꝛ q. ꝛ facit de le. ij. l. vt heredi⁹. Opp. glo. de. l. qui parti. de acquir. hered. dic ꝙ ibi magis admittitur iure accrescēdi ꝙ substitutionis. ꝛ ideo nō est ꝛtra. si legatarius moriatur ciuiliter dic vt notať in. l. intercidit. in gl. allegata. Ultimo colligit Uber. de bo-
3 bio ex isto. §. ibi vel cōiunctus † ꝙ si pluribus est relictū simul sub cōditiōe ꝙ locus est iuri accrescēdi inter eos ꝛ ideo terminat talem qōnem de facto. Testator ex iusta cā inhibuit heredib⁹ suis ꝙ nō venderēt quoddam ꝑdium vel castrum sine consilio triuz suoꝝ amicoꝝ quos nolauit ꝛ si contra facerent ꝙ illud prediuz deueniret in illos amicos suos. vnus istoꝝ amicoꝝ moꝛť ē heredes volunt vendere ꝑdium queriť an possunt sine ꝛ. filio duorum superstitum. ꝛ primo videť ꝙ non ꝛ ꝙ per moꝛtē vni⁹ cōsilium regrendū sit finitū sicut dicitur de pluribus arbitris ꝛ iudicibus. ff. de arbi. l. ité si vnus. §. item si plures. §. de peda. iudi. l. si placet. ꝛ extra de offi. Dieg. c. vno delegatoꝝ. Cōtrariū dicit fuisse terminatū per istū. §. qz istis tribus vī legatum ꝑdium sub cōditione si alienareť sine eoꝝ consilio ergo ius tertij defuncti accrescit alijs duobus ꝑ istū. §. ꝛ ita eoꝝ ꝛ filium dz requirī ꝛ si nō
4 requiriť ꝑdium in eos deuenier. † Jtē nota ꝙ aliud est in stipulationibus ꝛditionalibus qz trāsmittunť ad heredes pēdēte cōditione. vt insti. de verb. ob. §. ex cōditionali. ꝛ de mutuis stipu. §. antepenul. De legatis sub mō vtrū transmittant vide qs dixi. §. de his que sub mō. l. j. Item quero aliam pulchram questionē. ecce testator eandem rem legauit pluribus: vni pure. alij sub conditione. nunquid pēdēte conditione illie cui legata est pure petere possit videť ꝙ non vt. ff. de bonoꝝ pos. ꝛtabu. l. j. §. ex tribus. Jn ꝛtium videť. ff. de assignādis libertis. l. sub conditiōe ꝛ fami. her. l. ité labeo. §. fi. ꝛ. l. seqnē. ꝛ videtur expressum. ff. ad tre bel. l. j. §. sed ꝛ quoties.

Sed vt manifestetur. Declarat ꝙ qb⁹ partib⁹ remanet penes eos penes quos. §. dixi remaneꝛ dicit ꝙ remanet penes eos sicut ꝛ onus erat iniūctū. ¶ Cōtra hoc op. §. l. nōnūq. ff. ad treb. sed hic grauauit heredē sub noie appellatiuo ibi sub
5 noie ꝓprio que gl. ꝛ sequēs satis est notabilis. † Et facit ad questionē fi testator: istituit ꝓ oze filios vtrū ꝓ oze debeat habere dimidiā an dimidi debeat in viriles. cui⁹ solutio pōt colligi ex notatis. §. de impube. ꝛ alijs subst. l. fi. vbi de ista materia plene notauī ꝛ dixi. Quid si testator tres heredes istituit ꝛ ab vno legauit fundū suū. nūqd heres grauat⁹ de hereditate illū fundū peꝛ piet an coheredib⁹ redimere teneať. dicunt doctores ꝙ sic vt. ff. de fideicō. lib. l. cū qsi. §. fi plures. ¶ Jn glo. j. ꝑ equali ibi ꝛ apōs remanet ar. ff. de leg. ij. l. meuio. in prin.

6 **Ne autem.** Quia dictū est. §. † quasi caduca trāsire cū onere hic dicit qualiter onus debeat adimpleri. nā aut est in dādo aut in faciēdo ꝛ si in faciēdo aut pōt impleri ꝑ aliū aut nō vt in lra ꝑs. ¶ Op. ꝙ vbi est in dādo nō trāseat cū onere vt. ff. de iure codi. l. q grauj. ꝛ. l. seq. ꝛ. l. quidā. solutio. vt hic in glo. ꝛ plenius ꝑ Dy. ff. de leg. ij. l. cum pater. §. cū estimaret. ¶ Op. ad idē. j. eo. §. finaūt ad deficientis. gl. hic ꝛ ibi tradit plures solutiōes cōiter tñ approbaꝫ ꝙ hic loquiť de cōiunctis verbis tñ vel re ꝛ verbis. de hoc tū dubiū est vt ibi dicetur. Jn ꝛtio loquiť de cōiunctis re tñ vnde ibi pars nō venit iure accrescēdi sed iure nō decrescendi sine onere qz quilibet est legatarius insolidū vt dixi. §. de legatis. l. si fortidianum. ꝛ ideo cū habeat suo iure nō iure accrescēdi nō accrescit sibi onus cum nec cōmodū sibi accrescat sed nō decrescat. Quero si idez onus cōfisit in dādo ꝛ in faciendo. nūquid quaten⁹ pōt per aliū impleri comitabitur onus legatū. quidā ꝙ nō arg. ff. de nego. gest. l. eū actuz. Pe. dicit ꝛtum qz qs iur. est de toto ꝛ de parte. ꝛ ꝓ hoc bñ facit. ff. de excusa. ꝛ vaca. munerus. l. ij. §. ij. de leg. ij. l. cū
7 filius in prin. ad. l. fal. l. lege falcidia. ꝛ. l. si is qui. §. quedā. † Sed qñ remanet penes heredē qua actione petet ꝛ ꝙ impleat onus annexū legato doctores dicūt ꝙ act. in factū de equitate ꝛ sic in telligunt. §. istū. Item quero nūquid ille quem onus comitatur suis sumptib⁹ implere teneať verbi gratia testator legauit titio centū si domū mihi fecerit vel si scripserit mihi. C. cuius sumptibus erunt hec falcidia ꝛ idē si dixerit si ꝓ me fideiusserit an si soluit ꝑ me possum repetere glo. ff. de vsufru. earū rerum q vsu cōsumunť. l. trib⁹. videtur sentire ꝙ sumptib⁹ eius cui on⁹ erat iniunctū als modica esset. puisio testatoris. Jtez ꝑ eo ꝙ dixi de fideiussore facit qz ex quo iussus est fideiubere ergo ꝛ soluere. vt ff. de cōditio. indebi. l. indebitā. Item qz actio mandati sibi non pōt cōpetere cū nō meo mādato nec sponte sed volūtate testatoris fideiusserit. Jtē nec nego. gest. cū non sponte sed coactus volūtate testatoris fideiusserit. Jac. de are. vī sentire qs possit sibi caueri facere de restituēdo ꝙ soluet arg. dicte. l. trib⁹. Pet. dicit recurrendū ad ꝗecturas q colligenť ex legati qualitate ꝛ quātitate ꝛ oneris vt si modicū sit legatū ꝛ on⁹ graue nō vedeat vo-
8 luisse ꝙ suis sumptib⁹ faciat. ar. ff. de reb. dub. l. j. † vltimo queritur si doctor ꝓmiserit legere. C. vtrū possit recedere ꝛ per substitutū seruire vī ꝙ non quasi industria ꝑsone sit electa vt hic. ff. de solu. l. inter artifices. ꝛ extra de offi. deleg. c. fin. cū ibi notatis. Jn contrariū videtur. §. de episc. ꝛ cleri. l. quisquis cenſibus. vbi de hoc plene ꝛ subtiliter dixi ꝛ maxime si vult eque idoneū substituere arg. ff. de duo. re. l. nemo. Quidā distinguūt aut cōsuetudo est ꝙ recedere possit ꝛ hoc scholares sciebāt vel ꝙ consueuerat legere per substi. ꝛ tūc possit arg. ff. de vsu ꝛ habi. l. plenus. §. equitij. aut nō ꝛ tunc aut vult recedere ꝓpter lucrū pecuniarius ꝛ alibi captandū nō pōt aut ꝓpter aliā iustā cām nō ꝓpter seruitū reipublice vel ecclesie. ꝛ tunc possit vt. d. l. quisquis. Pe. dicit ꝙ iste. §. nihil facit. qz loquiť ex parte eius qui dz addiscere qui per aliū hoc facere nō potestiat ex parte eius qui dz docere potest doctrinā tradere per alium eque idoneum vnde concludit † ꝙ doctor possit legere ꝑ eque idoneū substitutū hoc verus nisi ꝓmisisset ꝑ seipsum special'r legere vt hic dicit rex. suis manibus extruere ꝛ ad hoc extra de rescrip. c. cū dilecta. ꝛ glo. ibi posita sup verbo ꝑsonal'r ꝛ dicto. c. vltimo. extra de offi. deleg. Ex
9 predictis possunt decidi multe similes qōnes. s. nunqd vasallus seruire possit per substitutum de quo plene dixi dicta. l. quisqs cēsibus. Jtē si aduocat⁹ ꝓmisit patrocinū alicui mona. vtrum heres possit seruire ꝑ substitu. sed nunquid possit vasallus liberare se a dāda pecunia domino ꝓ alio substituto habendo dic ꝙ nō vt. ff. de leg. iij. l. fideicōmissa. §. fi. refert ergo in summa qz aut est in dando ꝛ pōt per alium expediri. aut in faciēdo. ꝛ tūc aut nō est electa persone industria ꝛ factū est tale ꝙ potest eque bene per aliū expediri ꝛ expedietur per aliū aut nō et non expedietur ꝓ alium. ꝑdicta vera qñ aliquis est obligatus ad dandū vel faciendū ex causa precedente. gratis aūt posset seruire videtur ꝙ indistincte possit per aliuz expedire. vt. ff. de lega. i. si ab senti. ꝛ de pollicita. l. de pollicitationib⁹. An aūt si testator voluerit ire romā teneatur heres votū implere. vt extra de voto. c. ij cū ibi notatis ꝛ per Postiē. in summa. e. ti. ꝛ. ff. de pollicita. l. ij. §. fi. ꝛ ibi in glo. ꝛ qs dixi. j. de cōtrahen. ꝛ commit. stip. l. veteris. ꝛ vide eod. ti. qs super his cū ibi notatis ad materiam predictaz
10 vtrum quis possit per aliū seruire. † His itaqz difficultis qz coniunctoꝝ fecit mentionem quozum quidam sunt coniuncti re et verbis quidā verbis tantum quidam re tantū. ꝛ istos vltimos appellat gl. disiunctos hic ꝛ. ff. de leg. j. si mihi ꝛ tibi. in prin. idem dicit de istis cōiunctis hic tradit. ꝛ primo inter heredes. secūdo inter legatarios qz inter eos est differētia. vt. j. patebit. primo ergo cōtinuat ad precedentia ponēdo etiā diuisionem coniunctoꝝ. secūdo statuit iter heredes cōiunctos quid iuris sit de parte defecta ꝛ ratione subiungit. tertio statuit quādo quidam sunt cōiuncti ꝛ quidā disiuncti ꝛ hoc de heredibus vsqz ad. §. vbi autē literā exponē. Jbi substituti hereditatis ad gradū substitutoꝝ delata nō em⁹ fit in substitutione ꝙ in institutione cōiunctio. Oldr. permixti qz aliqui sunt cōiuncti aliqui nō. Omnino velint nolint. Jbi tā coniunctos inter se sed non illi cuius pars deficit. hec ideo tā varie. l. ꝙ vnius cōiuncti parte deficiēte sol

Universidad de Deusto
Biblioteca

coniuncti admittenť ad disiuncti vero partē admittantur oēs. Old. Alienū.i.portionem p alterius defectum vacantem. Old.

11 †No.q̄ inter heredes loc⁹ est iuri accrescēdi etiam invitis. sec⁹ in legatariis.vt.ſ.primo.§.vbi aūt.rō diuersitatis est:q; si nō accresceret heredib⁹ defunctis repireť p̄ pte testat⁹ z p pte itestat⁹ cōtra regulā iuris.i.ius nr̄m.Sed istud verū est ab initio ex post facto secus.vt.ff.de acquir.here.l.cum hereditate.z de inoffi.testa.l.circa.z ideo glo.in.§.sequenti.aliā reddit rōnē q̄ melior est ſm Cy.¶ Itē no.q8 nō solum accrescit heredibus superstitib⁹ sed etiā heredib⁹ defuncto z.secus dicit gl.in subſti.rō est q; ius accrescendi respicit portionem cōiunctam nō personam. z ideo portionem accrescit z heredi heredis applicatur.vt.ff.de vsufr. accrescen.l.si titio.Substitutio aūt nō respicit portionē sed personam.vt.ff.de acqui.hereditа.l.substitutio.z ideo cum substitutio sit cōditionalis institutio vt.ff.ad.l.fal.l.in rōne.§. filio nō transmittit cōditione pendente ar.ſ.eo.§.sin autem aliquid.fecus forte in substitutiōe pupillari q; z si nō deferatur iure substitiōis deferť tū iure accrescendi vt.ff.de acquir. here.l. qui patri.Et nota in dicto.§.sinaūt aliquid.ſ.eo.l.imo idē forte z i vulgari videť iure accrescendi deferri.vt.ff.de acquir.here.l. ex pte z.l.qui ex duabus.z de here.instituā.l.liber homo.§.si ita cum ibi

12 notatis.† ¶ Opp.q8 non accrescat portio coheredi cum onere in p nō scripto vt.ſ.e.§.in primo.gl.in prima solutione hoc concedit restringit solū ad caducum z quasi sed hoc videtur cōtra literā que dicit quoquomodo vacauerit.Sed posset dicit vacuatum ex postfacto.p nō scriptum eīm magis potest dici vacuū q̄ vacuatū.Pe. tū approbat sedam solutionem gl.q̄ aliud i legatis aliud in hereditatibus.z rō diuersitatis est secundū eum q; legatum p nō scriptum.p nullo est sed nō sic in hereditate q;z portio sit.p nō scripta tū hereditas semper personā heredis representat.vt.ff.de acquir.re.do.l.hereditas.z ideo vt onus ipositum:q; vt impositū p̄sone representāte hoc est hereditati z ideo cum onere trāsit.vt.ff.de iure codicil.l.quidaz.in fi.z hāc so. hic sequitur ſPe.vt dixi.o.§.in primo.sed.ſ.ad tre.l.non iustam sequitur primā sol.vt ibi dixi.Sed hec so.Pe.nō vī p̄cedere p.l-cel⁹. §.penul.z fi.hic alleg.in fi.glo.nisi dicamus quod ibi fuit onus noīatim impositū in personam eius q non erat in rerū natura tē pore testamēti tunc eīm non pōt dici hereditas representare pso nā eius q in rerum natura nō erat nec etiā alterius quo ad hoc cum testator noīatim legādo respexerit noīatum tūm nō aliū. refert ergo q̄ defecit portio hereditatis aut deficit vt caduca vel q̄si caduca aut vt p nō scripta z si vt p nō scripta aut erat noīatim impositū onus aut nō.z ita pōt saluari opinio Pe.sic intelligēdo.l.celsus.q̄ tū legit infortiatum aliter illā.l.celsus.intellexit in.§.pe.z fi.vez quod intelligeret q̄ vnus solus fuerat hēs institutus z nominatim grauat⁹ z nō adiuit vnde non valent legata sicut z q̄ simpliciter legasset z heres nō adūsset.nō tū negat q; si ibi fuissent plures instituti q; hēs adiēs nō teneat q; si bi accrescit portio coheredis vt hic nec .p̄cedit intellect⁹ p̄dict⁹ vt dicat referre vtrū nominatim grauauerit ꝛc.q; qualitercūq; testator relinquit videť relinquere⁹ vt ab herede.vt.ſ.de fideicō-

13 miſ.l.ab eo.¶ † Item op.ad id q8 dicitur q; si sunt coniuncti z disiuncti z portio cōiunctorū deficiat q; pertinet solum ad coniunctos cōtra.ff.de here.institu.l.itē q; sabin⁹.§.j.glos.circa hoc variant.hic eīm dicit q; ibi non erāt cōiuncti re nec verbis ibi dicit q; erant cōiuncti re sed nō verbis hoc v⁹ negari non posse:q; quando testator instituit duos in.ꝛ.ſ. vncias.z duos sine p̄te illi duo instituti sine parte sunt re cōiuncti in vncia.vt.ff.de leg.ij.l. meuio.q8 tamen negatur vt statim dicā. Sed q8 oēs quatuor sunt cōiuncti re tm̄ non est verū. Jaco.de ra.videtur sensisse q8 ibi nec re nec verbis sint cōiuncti quo ad ius accrescēdi.Sz quo ad aliud tractatū fic.Pe.dicit se in hoc dubitasse z finaliter in hanc sniam recedisse q8 illi duo qui fuerūt sine p̄te instituti non sunt cōiuncti re nec verbis. Verbis eīm nō sunt cōiuncti:q; nō est

14 ibi copula aliqua † re nō sunt cōiuncti:q; re cōiuncti dicunt quādo cuilibet iure suo admitti pōt ad rem vt cū dicit testator titiū instituo in hereditate mea:quilibet enim iure suo pōt admitti:sed per concursum sibi partes faciunt z ita dicunt re coniuncti vt.ff.de condi.z demon.l.si sepatim.z.j.eo.§.si vero non omnes.Sed si testator dicit vos duos heredes instituo vel titio z seio domū lego istī non sunt cōiuncti re q; quilibet nō vocat ad rē solidā iure suo cū eīm duo sub vna conceptione sunt instituti vel legato onerati videntur p parte vocati.z ideo nō possunt dici aliquo mō coniuncti vt.ff.de le.iij.l. cōiuncti.z sic intelligit dictam.l.item q; sabinus. §.i. inquantum signaſ.p cōtraria q; nec re nec verbis ibi erāt cōiuncti.sed q;o in legatarijs reperit q̄ibz q; qui nō pōt admitti ad partem facit partem.vt.ff.de leg.ij.l.plane.§.si cōiunctim.an est hoc reperire in heredib⁹ vt faciat partē qui nō admittit ad parte gl.senit q8 sic q; eadem est rō. Jaco.de ra.eam reprobat primo in eo q; dicit in dicto.§.si cōiunctim facere partē qui non admittit ad partē q; illud non possit habere locū in hereditate q; seruus sic institutus videretur esse liber eo ipso.vt. ē. de necessa.seruis.l.quidā.z sic admitteret ad partē suā vt heres z idē in casu.l.huiusmodi.§.si titio.de le.i.vbi in hereditate bene admitteretur titius ad partē.z ibi est bona glo.in ista materia. Itē rēdarguit glo.in tertio casu qui ponit.ff.de le.ij.l.si titio.z ei.z.l.here reditas.ē.de his qui.vt indig.q; in hereditate bene admittit ad partē sed fiscus accipit.vt.ff.de his qui.vt indig.l.quidā.¶ De.di

15 cit.Jac.male reprehēdere gl.q; non fuit glo.mentio † q; seruus institutus a dño nō efficiatur liber z heres q; hoc esset cōtra casum dicte.l.quidā.ē. de necessa.seruis. z sic de aliis sed intellexit q; ille qui non admittit modo sed speratur admitti facit partez vt dicto.§.si cōiunctim.¶ Itē si admittit modo admittitur iure petitionis sed iure retentiōis non admittitur facit partem.vt dicta.l.quidā.de his qui.vt indig.z sic intelligēdo glo.verum dicit in gl.l.anteq̄ accrescat ibi.l.sed si plures.in m prin. Omnes p̄dicte.ll.faciunt ad.pba.prime partis glo.excepta.l. si ex plurib⁹ que facit ad secundam partem. Fran.

Ubi autem. Dixit de iure cōiunctionis inter heredes nunc inter legatarios.z primo loquitur de legatarijs cōiunctis q̄ oēs volunt legatum z q̄ quidam volunt z quidā non quid fit de parte defecta.secūdo loquitur de legatarijs q; sunt re cōiuncti q̄ oēs volunt venire ad legatum z q̄ non oēs sed vnus forte tm̄. qd iuris sit de legato et onere eidē adiuncto.rō querit inter legatarios invitos nō est locus iuri accrescēdi sed inter heredes sic dicta fuit.ē. p̄.§. Item

16 no.q; † vbi nō sunt ꝗuncti ꝗbis sed re tm̄ quilibet est legatarius insolidū sed cōcursū partes faciunt vñ pars deficiens non accrescit sed nō decrescit:vt de cōditio.z demon.l.si separatim. gl. tm̄ abutit istis verbis z q̄ dicit inter disiunctos istos accrescere exponi d⁹.i.nō decrescere. ¶ Op.q; hic dī accrescere sine onere cōtra.§.primo.§.p secundo z in multis locis. So.hic loquit in p non scripto.hoc nō est verū q; loquitur in caduco z quasi caduco vel dic aut applicat ei a quo relinquitur z habent locū cōtraria aut alteri z ḥz locū q8 hic dī.hec est peior q; in.§. p secundo expresse loquitur de legatario z in.§. seq.z.§.sinaūt.gl.distinguit inter species cōiunctoz.z p plenior declaratiōe dic q; portio deficiēs q̄ꝫz redit ad eū a quo venit q̄ꝫz ad substitutū vadit q̄ꝫz ad collegatarū vel coheredē ad eū a quo venit reddit q̄ nō est substitutus vel cōiunctus ad substituti q̄ adest quādo nō adest ad collegatarū vel coheredē.vt.§.in prin.§.p secundo.z.§.in nouissimo. Item quidā sunt disiuncti re z verbis.qui

17 dā coniuncti re z verbis.quidam re tm̄.quidam verbis tm̄.† rez verbis disiuncti sunt in hoc exēplo titio lego domum deinde dico.seio lego fundū istud exēplum est tutissimum.ſz Pet.subtilis exēplum est si dicat testator titius meus habeat domū vt.titio meuio lego domū ſz nōne isti sunt ꝗuncti re dic q8 nō q; totiens sunt re ꝗuncti quoties ad rem suo iure vocant insolidum.Sed in exēplo predicto perinde est ac si cuilibet legasset partem rei z ideo disiuncti sunt arg.ſ.si plures vna sola fuerint cōdē.l.ſ.z de leg.ij.l.peculio.Quandoq; sunt coniuncti re z verbis vt q̄ dicit testator titio z seio lego domū istud exēplum q̄ꝫz approbatur q̄ꝫz reprobat per glo.de leg.iij.l.re cōiuncti.z de leg.ij.l.meuio dicit cōtrariū z in multis alijs locis.vnde dico q; istud exēplum nō est bonum:q; toties sunt re cōiuncti quoties ad rem suo iure admittunt insolidū z per cōcursum vocant ad partē.vt.ff.de lega.iij.l.coniunctim.cū ergo in exēplo ꝓposito cuilibet non admittit ad rem insolidum sed ꝓ parte.vt.ē.dicit z ar.de rer.obl.l.si mihi z titio nō dicent re cōiuncti.ꝺz ita q; pon exemplum q̄ꝫz libet est legatarius insolidū vt cū dicit testator lego titio domū scianą z sempronio lego domū scianą. Istud eīm legatū dispōnit totā domū ꝑtandā titio z similiter sempronio.z sic sunt re cōiuncti z verbis ꝓpter copulā z ita intelligit ſPe.l.s glo. varienr.

18 † Q̄ꝫz sunt re cōiuncti z verbis disiuncti vt cū dicit testator lego titio domū illā deinde legat sempronio eandem domum hic sunt re cōiuncti z verbis disiuncti q; nulla copula est inter eos vt in palle.l.ꝗunctim.z.ff.de cōdi.z demon.l.si separatim.de legā.j.l.si plurib⁹.Q̄ꝫz sunt verbis ꝗuncti sed re disiuncti vt cū dicit titio z seio lego fundū:hi sunt disiuncti re q; partes sunt diuise iuris intellectu.vt.ff.de le.iij.l.re cōiuncti.z de le. ij.l. meuio. his primis in q̄bus multi erāt ad solutionē contrarij distinguē

19 dum est cū queritꝰ † vtrū veniat cū onere pars deficiens aut peruenit ad eum a quo relictū est aut ad substitutū aut ad collegatarium.Primo casu aut onus ꝗnctebat in faciendo aut in dando.Si i dādo venit cū onere.vt.ē.§.ne aūt.Si in faciēdo aut.in heret industrie persone aut non vt ibidē.Quando peruenit ad substitutum tunc aut nō interest alicuius onus impositū adimpleri vt q; testator legauit alicui domū si nauis ex asia veneritz ibi subitum mit tunc sine onere veniet ad substitutū vt.ff. de here.

instituē.l.sub conditione.z dixi.ē.§.p secūdo aut interest alicuius impleri.z tūc aūt cōsistit in dando aut in faciendo vt predictū est hec vera in caduco vel quasi caduco.In p̄o nō scripto sic cus q; regulariter venit sine onere vt.§.in primo.q; est verū i portione legata deficiēte.Sed in portione hereditaria ꝑcedit predicta distinctio ſm Pet.q; qualiter intelligi debeat dixi.ē.§.ista. Tertio casu q̄ peruenit ad collegatariū aut sunt coniuncti verbis tm̄ z accrescit cū onere habita distinctiōe inter on⁹ dandi z faciēdi vt predictum est.z hoc in caduco vel quasi.sec⁹ in p nō scripto q; venit sine onere regulariter vt ꝑdictū est aut sunt re tantū coniuncti z tunc sine onere q; nō iure accrescēdi sed non decrescendi venit z sic debet intelligi iste.§.z de cōdi.z demō.l.si separatim aut sunt ꝗuncti re z verbis simul.z tūc dicit gl.q; cū onere z idē Jaco.de ra.nisi ad industriam persone in qua defecit spectabat z sic intelligūt.§.istū q8 non placet Pet.Nam vbi cōiuncti sunt re z verbis verba nō impediūt quin iure suo quilibet admittat insolidū z tunc non applicat cum onere q; nō iure accrescēdi sed nō decrescēdi.ꝑuenit vt dictū est in coniunctis re tm̄.vnde cum sit eadem ratio ergō,z idem ius z hoc glo.q̄ꝫz cōcedūt sed hic variāt hec vera in caducis z quasi in p̄o nō scriptis dic vt dictū est supra z sic sumus expediti de materia subti

20 li in qua glo.variant z multi errāt.† Sed hic mouet tale dubiū vbi legata est eadē res duobus ita q; sint re coniuncti z per concursum faciāt partē vtrum vnus ex legatarijs possit solidā rem petere.si alius nō petat.z videtur q; sic vt hic. In contrariū vī. ff.de leg.ij.l.si duob⁹.in prin.secundū verū intellectū Rog.quē approbaut.ś.i.§.in primo.z.l.plane.§.si ꝗuncti.i fi.z ibi ponit varia opinio z facit dubium q; Dy.in.ē.l.si duobus.in princi. intellexit de cōiunctis re z verbis z ita dicit Cy.eū interlineasse tex.ipso audiente.Se tunc lex illa esset cōtra istū.§.z ideo dicit quod ibi intelligitur in coniunctis verbis tm̄ z ideo dicendum est q; aut quilibet admittit ad totū iure ꝓprio legati z tūc totū interim vēdicat altero nō petēte vt hic.aut admittit ad partē tm̄.z tūc interim partē tm̄ petit.hoc verū in legatis in hereditate semp ad partē interim vocať ꝓpter vitandā absurditatez, q; semel heres ꝛc.vt.ff.de here.ifti.l.q soluēdo.in fine z de mino. l.z si fine.§.sed q; papi.q̄ absurditas cessat in legatis. ¶ In glo. sc; morte que signata est sup ꝙbo deficiāt die vel cōditiōis defectu pura q; vni erat pure legatū alij sub cōditiōe.z sic est.ꝓ opinione Jo.notata.ff.si pars hereditatis petatur.l.ij.dicit eīm.i. accrescere.¶ Itē q; dicit morte dic.ſ.legatarij qui mortuus est viuo testatore si eīm mortuo testatore trāsmitteret ad heredē suū vt.ē.c.§.eū igitur.¶ In glo.pro viriliter in fi.vel nisi ad primum legatū essent inequaliter vocati.vt.l.meuio.in prin.de leg.ij.Oldr. Ultimo nota q; ver.sinaūt ad deficientis in fine ibi nā si cōtrariū volebat nulla erat difficultas ꝛc.sepe allegat sic.extra.ē.trāsac. c.iter corporalia ver.nec tm̄ z de decimis.c.ad audientiā.ff.si me for⁹ falsum modū dixerit.l.j.§.hec actio ver.ſz z fi.arg.expſſus cōtra.ff.de dona.inter virū z vxo.l.si spōsus.§.si quis rogatus ibi nec immerito sepe credim⁹ ꝛc.sed ibi dī sepe,nō semp.vel dic aut cōstat de voluntate aliquo modo.z tunc superuacuū est istud argu.si volebat ꝛc.Aut de ea nullo mō cōstat.z tūc si casus omissus est:est extraneus ad materiā de qua agitur tunc ꝑcedit ar. si volebat ꝛc.Si vero pertinet ad materiā si quidā est pertinens ad casum expressum hoc etiā casu ꝑcedit ar.vt hic.si aūt est pertinens ad materiā sed nō ad casum expſſum siquidem est similis expresso ꝑcedi pōt de similibus ad similia vel si in eo est eadem ratio equitatis et iustitie que est in expresso z his casib⁹ nō procedit dictū ar.vt.ff.de publicia.l.j.in fi.z.l.ij.in pri.vbi de hoc in glo.ff.ad.l.aquil.l.illud.de legib⁹.l.nō possunt.de iudi.l.cū pretor.in prime.vbi de hoc als aūt regulariter procedit istud arg. si volebat ꝛc.vt hic z in predictis concor.Jaco.de bel.

Que autem. Quero an fiscus cū onere veniat.gl. in sequēti.§.super verbo perpecimus

21 innuit q; sic per.l.in facto.§.fi.de cōdi.z demō.hoc non, plz Richar.† q; vbi aditur hereditas ab intestato nō debent legata ex testamento vt.l.eam quā.Item relicta ab intestato nomina tim nō debent ab alio.ff.de leg.iij.l.fi.in fine ergo nec a fisco nō ob.l.in facto.§.fi.q; ibi loquit cum aufert fiscus vt ab indigno: q; tūc est loco heredis vt.ff.ad fi.l.cū fisco.expone ergo, peperci mus quin vltimo loco venīat secundū eū querit gl.quid de viro z vxore quasi innuat q; non cōprehēdātur sub venientibus ab intestato q; non est verum.z ideo questio non procedit.

Hec autem. Tertia z vltima pars principalis in

